

PSALMVS CI.

PSALMVS DAVIDIS.

ARGVMENTVM PSALMI.

Apparet hunc Psalmum à Dauide tempore exilij compositum esse, siue cum à Saule exagitaretur siue cum à filio Abshalomo profligatus esset. Exprimit enim non modò spem futura restitutionis, sed & propositum religiosè, piè & iustè, vbi in regnum restitutus esset, cum erga Deum, tum erga subditos conuersandi, ita vt expressum hic sit pij ac boni principis exemplum.

Sunt autem tres Psalmi huius partes. Prima vers. 1. spem habet, qua futura sperat, vt vliquando restitutus, de bonitate, & iudicio Dei cantet, ac Domino psallat. Altera, vers. 2. & 3. propositum habet prudenter & integrè vitam instituendi, & qua mala sint & iniqua cauendi. Tertia, vers. 4. 5. 6. 7. & 8. zelum exprimit, & studium opprimendi ac perdendi reprobos, complectendiq; & souendi bonos ac pios.

VERS. I.



BONITATEM & iudicium cantabo: tibi Domine psallam.

2. Prudenter agam in via integra, quando venies ad me versabor corde integro in medio domus mee.

3. Non ponam ante oculos meos rem iniquam, factum prauaricatorum detestabor, non adharebit mihi.

4. Cor peruersum recedet à me: malitiosum non agnoscam.

5. Eum qui mihi clanculum defert proximum suum, perdam: elatum oculis & latum pectore (ferre) non potero.

6. Oculi mei ad fideles in terra, vt habitent mecum: ambulans in via integra, is ministrabit mihi.

7. Non morabitur in medio domus mee, qui fraudulentè agit, qui mendacia loquitur, non prosperabitur in oculis meis.

8. Manè perdam omnes impios in terra, vt excindam de ciuitate Domini omnes eos qui operantur iniqua.

LECTIO. Vers. 2.

Prudenter agam. ] Ebr אשכיל. Græc. σωφισ. Vulg. Lat. Intelligam. Hieron. Erudiar. Chald. sic particulam hanc legit, quasi sit vox Dei ad Dauidem: אמר אלה אשכילינח באורח שלי: id est, Dixit Deus, erudiam te in via perfecta, vel, Faciam te intelligere viam perfectam.

In via integra. ] Ebr פורך תמים. Græc. ἰσὸς δὲ ἀμύμω. Vulg. Lat. In via immaculata. Hieron. & Pagn. In via perfecta.

Vers. 3.

Versabor corde integro. ] Græc. & vulg. Latina: ad finem vsque Psalmi omnia per præteritum im. perfectum. Hieron. verò, Pagninus, Felix, & reliqui ferè omnes, in futuro legunt.

Reminiquam. ] Ebr דבר ביעל: id est, Verbum Belial. Græc. πᾶγμα σαράνομορ. Vulgata Lat. Rem in iustam. Hieronym. Verbum Belial. Pagninus: Rem impiam. Chaldæus: מילהא דרשיעא: id est, Verbum impietatis.

Factum prauaricatorum. ] Ebr עשה סטי: id est, Facere prauaricatorum: vt infinitiuus Facere, positus pro nomine Factum. Sic & Pagn. reddit: Operari declinationes odiui. Et Zuingl. Scelus prauaricationis. Græc. ποιοῦντας ὑπαβάσας. Vulgata Lat. Facientes prauaricationes. Hieron. Facientem declinationes. Chald. עברי בישין וסטין מן פקדיא: id est, Operantes malum, & declinantes à mandatis. Felix: Præuaricantem. Hi omnes illud עשה, participialiter legunt עשה: id est, facientem.

Vers. 5.

Elatum oculis & latum pectore (ferre) non potero. Ebr גבה עיני ורחב לב לא אוכל. Græcus: τὴν ὀσώηθισορ. vulg. Lat. Cum hoc non edebam. legerunt אוכל pro אוכל. Chaldæus לא אדורר בעלמא: id est, Non habitabo in seculum. Hieronymus: Cum hoc esse non potero. Pagninus: Non potero ferre. Felix: Non pati ar. Ebræus simpliciter dicit: Non potero: Sic nos Germani dicimus, Ich mag den nicht.

Vers. 7.

Non prosperabitur. ] Ebr לא יבון. Græc. ὁ κατασθωσεν. vulg. Lat. Non direxi. Chald. Non praualebit vt sit acceptus. Hieron. Non placebit. Pagnin. Non firmabitur. Felix: Non dirigeretur.

EXPLA. NATIO. Vers. 1.

Bonitatem & iudicium cantabo. ] Loquitur de bonitate & iudicio Dei hoc sensu: Vbi fuero restitutus, regnoque mihi abs te Domine destinato potiri cæpero, de bonitate tua erga me, & iudicio contra hostes ad asserendam causam meam declarato, cantabo, & tibi animo grato psallam. Itaque hoc loco, bonitatem & iudicium cantare, est de bonitate & iudicio cantare, & nomen Dei vtriusque gratia cum animi exultatione deprædicare. Sic expressit Propheta spem ac fiduciam suam, qua erga Dominum præditus erat, certò futurum sperans, vt aliquando ab exilio liberetur, & regni compos efficiatur: quo tempore Domino sit laudem cum gratiarum actione decantaturus, & bonitatem simul, & iudicia eius celebraturus. Scio Dauidem Kimhi ista exponere de bonitate & iudicijs Dauidis, quibus regnum Israël administrauerit: Sic enim scribit: על הסד והמשפט שאני עשה לישראל אשריח ואמר הסדר המשפט אשריח &c. Verùm prior expositio videtur germanior & simplicior.

Vers. 2.

Prudenter agam in via integra. ] Sic proposuit sibi pijsimus rex, conuersaturum se in regni administratione prudenter: & vt exprimat, qua in re, addit: In via integra: hoc est, ratione regnandi, quæ recta sit, & pio regi conueniens.

Illud, Quando venies ad me, quidã sentiunt modo interrogandi positum: quidã verò, quod & mihi proba-

Abbas videtur... me, ac virtut... Deo, quado no... Verbor cor... se in via... ante oc... Studium... expre... verbum posit... illis qui Sc... videamus... ac temera... peruer sum re... superbo... ac perde... versus ob... quarto cor... Hunc p... el... dicit: ut ar... fidele... septimo m... quò... ultimo di... ac per di... siu... inter... iudici... spem har... tum... Dei v... obseru... tibi De... Exemplum... Terti expen... Bonus est... reprobos... Prudenter agam... coniungenda est... obtinet, in qu... esse princi... Verbor corde me... deinde expe... sed & in... Non ponam ante oc... inrem iniquam... in pecc... compl... ac fugi... Principio obser... Rex. Priore... deinde alteras i... Et hic ordo or... sunt & in terra... præferen... deinde qu... Nec immerito... Deum destitua... notandum est, ... ipsos alteram, q... ut videas du... sunt vitare, qu... duas partes... quomodo... ergo hoc loco, c... vitam rectè